Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26491
Copyright: Admont, Benediktinerstift



MARCVM.

orib' & sebis. 7 unusquisq; centio. vincientes ihm. duxerunt 7
tradiderunt pylato. Et interrogauit eum pylatus. Tu es rex
iudeorum. At ille respondens ait illi. Tu dicis. Et ac
cusabant eum summi sacerdotes in multis. Pylatus autem rur
sum interrogauit eum dicens. Non respondes quicquid. Vide
in quantis te accusant. Hec autem amplius non respondit. ita
ut mirarentur pylatus. Per diem autem festum dimittere sole
bat illis unum ex uinctis quemcumq; petissent. Erat autem
qui dicebatur barrabbas. qui cum seditiosis erat uinc
tus. qui in seditione fecerat homicidium. Et cum ascen
disset turba cepit rogare sicut semper faciebat illis.
Pylatus autem respondit eis & dixit. Vultis dimittam uob
regem iudeorum. Sciebat enim quod per inuidiam tradidissent
eum summi sacerdotes. Pontifices autem conuauerunt turbam.
ut magis barrabban dimitteret eis. Pilatus autem iterum
respondens ait illis. Quid igitur uultis faciam regi iudeorum.
At illi iterum clamauerunt. Crucifige eum. Pylatus autem
dicebat eis. Quid enim mali fecit. At illi magis cla
mabant. Crucifige eum. Pylatus autem uolens populo satis
facere. dimisit illis barrabban. 7 tradidit ihm fla
gellis cesum ut crucifigeretur. Milites autem duxerunt eum
intus in atrium pretorii. 7 uocant totam cohortem. & in
duunt eum purpura. & imponunt ei plectentes spi
neam coronam. & ceperunt salutare eum. Aue rex iude
orum. Et percutiebant caput eius harundine. & conspue
bant eum. & ponentes genua adorabant eum. Et p
quam illusserunt ei. exuerunt illum purpura. 7 in
duerunt illum uestimentis suis. & educunt illum ut cru
cifigerent eum. Et angariauerunt pretereuntem quempiam
symonem cyrenaeum. uenientem de uilla. patrem ale
xandri 7 rufi. ut tolleret crucem eius. Et perducunt
illum in golgotha locum. quod est interpretatum caluarie locus.
Et dabant ei bibere myrratum uinum. & non accepit.
Et crucifigentes eum. diuiserunt uestimenta eius. mitten